



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Barbara V. & M. 4. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

762 VITÆ SANCTORUM. 4. Dec.
Cæsari subimittebat , juris quam vitæ appetentior. Sed nec urbe pulsus à civibus suis animum despontit. Quod tamen redux alieniorem ab his animum ferret, vi-
sus est sibi noctu , cùm inter Divorum E-
piscoporum comitia locum vellet capel-
sere , aditu prohiberi , quod in veste cere-
ra candidissimâ unicam maculam p-
pectore gestaret , quam tamen ipsam
mox unâ cum injuriae memoriâ ex animo
delevit. Mortuus est an. M. lxxv. cùm
se Mariæ unicè ac sœpius commendas-
set. Cælum nempe subiturus januam hu-
jus pulsabat. Ex Surio.

Tandiis quisque peccata sua ignorat,
quandiu curiosè aliena considerat : qui
semetipsus aspicit , non querit in quo alio
frequenter reprehendat , sed in semetipso ,
quod lugeat. S. Bern. I. de Inter. Domo.

S. BARBARA V. &c. M. 4. Decembri.

Nullius tam a vitâ nomen ablîvit ,
quam BARBARÆ Dioscorum habuit
parentem Deorum mancipium , ipsa Deo
addicta. Matura , ob formam , turri incli-
sa , libertate Christianâ , si umquam , est
usa. Ter sanctæ enim Triadi devota , ut
fidei radii splendidius animis illu-
cent , binis fenestris tertiam superad-
didit , balneum verò multâ cruce insig-
nivit , gnara qui mentibus lavar dis-
ex hâ: fontes scaturirent. Interea cum

stoma-

4. Dec. VITÆ SANCTORUM. 753
stomacho Dioscorus intelligit, filiam Christianam esse, & ferro insequitur. Sed sinum, quo parens expulerat, mōns præbuit disclusus. Et lubens thesaurum hic occultasset, nī, qui miraculum videbat, innocenter oviculam pastor nequam prodidisset. Captam itaque filiam inaudito exemplo ad tribunal pater rapit, cædi virginis viscera sua videt, sanam à Christi manu iterum affligi, quin ubera etiam castissimæ abscondi, non facturus, si bibisset ubera. Hic novus filiæ suæ leno per urbem ludibrio circumduci sustinet unâ verecundia tectam. Demum è tyranno carnifex suâ manu non barbarem filiam barbarissimus parens demetit. Sed carnificis carnifex fulmen fuit, quod in eodem loco scelus extinxit. Nunc BARBARA illis è cælo optulatur, qui, ne sine sacro epulo diem ultimum obeant, orant. Testis ejus rei locuples Stanislaus est sanctissimus è Societate IESU adolescentis; quem si amulabitur, recte faciet adolescentia. Ex Baron.

Si quando senseris te ad aliquid cieri peccatum, in mentem revoca nulli mortali revocabile Christi judicium, omnium durissimam pœnam, confusionem sempiternam: hoc timore, quasi freno animant tuam, ad vitiosam concupiscentiam proclivem cohibe. Ex Basil. in psal. 33.

S. SA-